



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

D. Eckivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

COLLATIO XXII.
TERTIVS ARGVENS

Vlrichus Studer.

In nomine sanctæ Trinitatis, Amen. Ut breuibus me explicem. Primo induco uerba Pauli ad Corinth. xi. Hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur. Dilecti prohiq; Christiani, horum uerborum intellectum triplicem inuenio. Primus intellectus & expositio hæc est, quod altaris sacramentum uerum sit sanguis & caro Christi, sub utraq; specie panis & uini, nominatim quod substantia panis transmutetur in substantiam Christi, & post hac uini substantia transmutetur in substantiam sanguinis Christi. Hæc expositio primo manauit, & deriuata est a doctrina Thomæ, & ita acceptata est a Christo fidelibus. Secundus intellectus est, sacramentum altaris panem esse & uinum, & cum his nihilominus sanguis & caro Christi, at nunc istarum duarum opinionum origo omnibus nota est. Ideoque tertium intellectum in manus accipio, quem inuenio in sequentibus uerbis Pauli prioris allegati loci ita sonantis. Quotiescunq; manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem domini nuntiabitis donec ueniat, sub quo intellectu secure docere præsumpsi probos Christianos inspectis uerbis Pauli quæ ad Galathas scribit v. cap. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Post hæc Prouerb. xxx. Verbum Dei ut aurum clarum est, quod septies purgat per ignem. Dilecti prohiq; Christiani, ex his uerbis iam propositis singuli percipere possunt meliorem intellectum & expositionem præallegatorum uerborum Pauli, Hoc est corpus meum, ita sonauit.

D. ECKIVS.

In nomine tuo domine Ihesu Christe. Dominus Vlrichus (ut opinor) in uia triplicem opinionem collegit de uenerabili sacramento, quarum infortunatiorem acceptauit. Sua tamen excellens doctrina, facile in primo congressu notat, quum proponens ecclesiæ Christianæ opinionem de uenerabili sacramento dicit illam ex sancto Thoma de Aquino originem sumpsisse. Potuisset

CONCLUSIO PRIMA.

Potuiſſet tamen bonus ille dñs ſi antiquos eccleſiæ doctores, Cyprianū &c. non legiſſet, percunctaſſe, quis tamen præceptor fuiſſet diuī Thomæ. Albertus dico magnus, quomodo ergo tam audaculus corā hac præſenti congregatione temere non ueret, huius opinionis originem diuo Thomæ adſcribere. Dilecte dñe Vlriche, in quē cōmentarios edidit libros S. Thomas, credo uos non ignorare, in Petrū Longobardū magiſtrū ſententiārū, qui & ipſe ante Thomā Aquināſē hęc opinionē tenuit. Si ueſtris ſubditis ita predicatiſtis ſicut iam dicatis, manifeſtū eſt quod præter ueritatē eos ſeducere uoluistiſtis, q̄ illis præfigurare uolebatiſtis opinionē uenerabilis ſacramenti recentē eſſe, & iā primū in tricētis annis eripuiffe, quū tñ hoc non ſit uerū. Nā a tempib⁹ apoſtolorū elapſi dies in teſtimoniū p̄ducti ſunt doctorū, q̄ uerbū dei eo modo intellexerunt, & quatuor antiqua concilia ante Thomā ueſtrū errorē damnauerūt. Ideoq; & recte quidē de fermēto in harenā deduxiſtiſtis, quo catholicā corrūpitiſtis eccleſiā, etiāq; bene dicitiſtis qd̄ præſumpſeritiſtis, ſed memorate præſumptionē nunq̄ bene feciſſe. Veſtrā opinionē expiſcare tentatiſtis ex uerbis Pauli qd̄ facere nō poteſtiſtis, quemadmodū ſæpius probatū eſt. Paulus em̄ uero panē non nominat piſtorū, ſed ſicut dñs Iheſus dixerat. Hoc eſt corpus meum. Aſſimatiſtis fortāſſe Chriſtianos nuntiare nō poſſe mortē dñi noſtro ſacramēto donec ueniat in extremo iudicio. Vltima ſella ſupra hūc equulū nō ptinet.

VLRICHVS STVDER.

D'Omne doctor, multa adportatiſtis non neceſſaria uerba, & ad meū propoſitū non pertinentia, irrideorq; & contemnora uobis, quaſi meorū uerborū neq; exordia nec fundamentū neq; finem. Primo didici a doctore Wimpina ante annos xx. in uniuerſitate Liptzenſi, q̄ nobis propoſuit Thomā in libro quē de ſacramēto altaris nomināt, in x. prædicamēta Ariſt. diuiſo, ſic incipiēs. Memoriā fecit dñs mirabiliū ſuorū &c. In q̄ pulchre manifeſtat opinionē intellectus & uerborū Pauli